Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0001-0

Himmelland

U. q. 97.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0002-6

8

Deo dante

POSITIONES,

Quas ſub præſidio FRANCISCI ROMANI I. V. D. & Profeſſoris, ex eiuſdem prælectionibus in Rubr. & aliquot Can. ext. de Iudicijs, iunct. Rubr. C. & ff. eod. tit.

Publicæ diſputationi & placidæ collationi ſubijciet

M. DAVID OTHO SCHVRERIVS, Dreſdenſis.

I.

Controuerſiæ, quæ priuatim componi nequeunt, autoritate Magiſtratus, per legitimos Iudiciorum tramites, finem ſuum plerunq; ſortiuntur; quorum tractatio, quia latiſsimè patet, eorum definitiones & diuiſiones principaliores, τῶν πρωτῶν loco, diſquiſitioni publicæ ſubijciendas eſſe, non inconueniens exiſtimamus.

II.

Iudiciorum intentiones varias eſſe, *Gl. omnium Dd. in ore celebris in §. præterea Inſt. quib. non eſt permiſſum facere teſtamẽtum*, docet: Sed quia hîc materiæ, quæ Decretalium fundamentis nititur, potiſsimùm habenda eſt ratio, illud ſignificatum recipimus, quod actum & proceſſum notat iudiciarium.

III.

Ex eo apprimè nobis arridet deriuatio *in c. forus ext. de V. S.* in quo Iudicium à Iuriſdictione dici, Iſiodoro placuit.

IV.

Circa veræ autem & genuinæ definitionis inueſtigationem, mirè variant Dd. adeoq; digladiantur, vt mutuis ſeſe ferè conficiant vulneribus, dùm pleriq; alienas faſtidientes, peculiares ſibi confingunt potius quàm demonſtrãt verè, quas in vnum hîc aceruũ congerere, ſuperuacaneum fuerit; eas tamen ſi quis ex *Gofredo, Aſconio, Vacunio à Vacuna, Vanderano, aut Cuiatio,* defendere voluerit, nos noſtro non deerimus officio.

V.

Communiter quoq; defendunt illam, quæ recitatur à *gl. in d. c. forus* hiſce verbis; quod iudicium ſit actus legitimus duarum perſonarum Actoris & Rei, ſuper eadem queſtione ſub eodem Iudice contractâ: Sed illam, licet mulris Columnis à non paucis fulciatur ſuſtineri non poſſe, multis rerum argumentis ſatis luculenter demonſtrabimus.

VI.

Sed quia tamen in vnius adſertione iacienda eſt alea, multorumq; contradictiones ſuſtinendæ, illam vt legaliorem, nõ abſq; vtilitate maxima excipiendam eſſe putamus: quâ Iudicium actus dicitur legitimus, quo mediante, Iudex de cauſa coram ſe propoſita, ſecundum Iuris præcepta cognoſcit.

VII.

Actus legitimus, Iudicium ab vſurpato quod legitimũ non eſt, excludit.

VIII.

Idem actus legitimus, ordinem in Iudicio receptum eſſe confirmat; ex quo *Panormitani opinio, & qui eum ſecutus eſt Gailius*, facilè refutatur, qui ordinem in Iudicio non adeò requiri contra definitionis normam ſibi imaginantur.

IX.

Iudicium quoq; requirit Iudicem, qui ſit collitigatorum, (quorum ratio potiſsima eſt in proceſſu,) vt Philoſophi verbo vtamur, veluti μεσίδικος, quiq; ſententiam ferat, non ex proprio, quod aiunt, cerebro, ſed autoritate Iuris firmatam & approbatam.

X.

Sic in Iudicio requiritur Cauſa: ſed an tutò ſatis materia per cauſam ſit definita, an non potius controuerſia dici, aut lis debuerit, multi in diuerſas ſententias diſtracti, quid ſtatuant, ambigunt; verum ſi pro nobis non omnino reſpondebit *Iſiodorus d. c forus*, ſuberunt tamen aliæ rationes, quę rectè cauſam in definitione poſitam eſſe, monſtrabunt.

XI.

Ex varijs interdum actibus, varijs etiam negotijs, diuiſiones Iudiciorum hinc inde variæ natæ, quas omnes examinare, non ingenioſi, ſed laborioſi eſſet oneris, nos ſequẽtes tres, quæ vt difficultate non in celebres, ita vtilitatũ vbertate auctiores reliquis exiſtunt, publicæ cenſuræ ſubijciemus.

XII.

Prima itaq; diuiſio hæc eſto, quâ Iudicium, aliud criminale, aliud ciuile, & aliud mixtum, dextrè conſtituitur.

XIII.

Diſplicet hæc diuiſio *Gyphanio* & alijs quibuſdam, vt quod membra in illa vndequaq; non appareant textuum in principijs recitata: at eam ob id reijciendam, minus nota verba aut nulla ſubſtituenda eſſe, hoc noſtro in propoſito, quis recto iudicio adfirmabit?

XIV.

Altercatio præterea non contemnenda, immò magna eſt, quomodo vnum membrũ ab altero, definitione rectè diſcernatur: verum & hac in parte, ſi quid minus conſtare videbitur, id conuenienti finitionis modo & medio, illuminare conabimur.

XV.

In definiendo tamen Criminali Iudicio explodimus, & his noſtræ concertationis cancellis excludimus, *gl. in L. lex Cornelia ff. de Iniurijs L. ſi qua per Calumniã C. de Epiſc. & Cler.*

XVI.

Ambabus manibus accipiunt Dd. & amplectuntur gloſſema, quod Ang. Aret. aureũ nominat, in *l. 3. ff. de ſepulc. violat.* in quo putãt, & ciuile & criminale Iudicium definiri; quod tamen niſi textibus alijs ſuppleatur, ſuſtineri nõ poſſe, dilucidius quàm forſan illis placuerit aperiemus.

XVII.

Vindictâ autem publicâ, criminale à Ciuili Iudicio rectè diſtinguitur; vtiq; quod hoc vtilitatem priuatorum, illud vigorem poſtulet publicæ diſciplinæ.

XVIII.

Vindictam quoq; publicam intelligimus, non duntaxat, quando pœna Corpus reſpicit, verum etiam, ſi bona delinquentis afficiuntur. Effectus enim hîc non tam attendendus eſt, quid illo in Iudicio in condemnationem veniat, quàm origo & modus agendi.

XIX.

Et quamvis quidam contra diſtinctionem modò dictam, claſsicum canere non erubeſcant, dùm ἀντινομίαν *in l. Gaius 22 ff ad S. C. Syll* ſatis difficilem, immo penè in extricabilem nobis opponũt; cum in illo reſponſo pecuniaria, hoc eſt, ciuilis cauſa dicatur, quæ nihilo ſecus fiſco applicetur: tamen vt aduerſantium morſus excipere nobis ſit cõceſſum, à ſemel data in priori theſi reſolutione titubare, vt planè probroſum eſſet, ita temperamentũ *d. l. Gaius*, in inductione optimam & propriam ſuam ſtationem reperiet.

XX.

Mixtum Iudicium quod ab vtroq; participat, non tutò forſan dicemus? Immo equidem, licet cenſores multi, defendemus.

XXI.

Et ſi rationes deeſſe, quemadmodum vix hariolamur, videbuntur; conuincent contradicẽtem exempla ſequentia.

XXII.

Et primò quidem adducimus dotis cauſam, quam varijs rationibus concludentibus, non ſimplicem ſed mixtam cauſam obtinere, declarabimus.

XXIII,

Patrijs moribus, quid in dote conſequendâ Iuris ſit, ex textu *art. 5. lib. 1.* Landrecht/ hic aperiemus.

XXIV.

Alterum exemplum mixti Iudicij in Vaſallo adducimus, qui Feloniâ commiſsâ, feudo priuatur & perfidiæ notam non effugit.

XXV.

Tertium exemplum furtum notat, quod Iure Ciuili varias habet pœnas: auguſtior omnib. Conſt Federici apparet, à qua *Carolinæ* & harum terrarum Electorianæ Conſtitutiones, vt & Ius Saxon. ob frequentiam & fœditatem delicti, non abhorrent, immò pœnis vt merentur fures debitis, circumſtantijs probè diſcuſsis, perſequuntur.

XXVI.

Quartum exemplum in ſtatuto in Italia Sicariorum multitudine non ignobili, & propterea plurimorum Dd. commendatione & doctrinis ſatis referto acquieſcit, dùm bannitum accuſans, dimidium pœnæ banni lucrari in eo cõſtitui ſoleat, ex quo, cùm alterum fiſco defertur, non immeritò, vnum vt Criminale, & vnum vt Ciuile, æſtimabitur.

XXVII.

Pulchrum deniq; ſi exemplis certare licet ænigma ex conſtitt. Imperij ſeſe hîc offert, ſi ex illa, contra pacis publicæ violatores agitur, an mixti Iudicij naturã ſapiat? Quod vtiq; credimus.

XXVIII.

Secundâ diuiſione ordinarium vel extraordinarium Iudicium ſtatuimus.

XXIX.

Ordinarium Iudicium, iure antiquo obliterato & ab hiſce diſquiſitionis metis ſeparato, definimus, quod ſolenni proceſſus viâ, iuris autoritate ita cõſtituta, expeditur.

XXX.

Ab hac ſolennitate exulat Iudicium extraordinarium, vtpote quod ſine tali figura ſineq; ſtrepitu de ſimplici & plano procedat; nullo tamen obſtaculo exiſtente, quin eandem vim mereatur finitio in hoc, quæ in ordinario contingere ſolet.

XXXI.

Vtriuſq; autem remedia latiſsimè patent; nam non ſolum actiones, quarum cauſa ſunt contractus, obligationes, ſucceſsiones tàm ex teſtamẽto quàm ab inteſtato, ſeruitutes, vſucapiones, præſcriptiones & huiuſmodi quam plurima alia, verum etiam accuſationes quæ delicta & alia intuentur, compræhendunt & amplectuntur.

XXXII.

Vnius exempli recordatio reliquorum indagationem feliciorem monſtrabit, videlicet mutuum, & quæ ex eo oritur Condictio, eam vtiq; ordinario Iudicio tractari poſſe, vt nemo inficias ibit, nî principia legum negare audeat: ita in debito preſertim liquido quod hæc exerceri vtiliter in extraordinario queat, vel Conſtitutio harum terrarum, omnibus notiſsima aperiet.

XXXIII.

Bella certè ex hiſce & lepida, ſed aliquorum rationib. imbecillib. fundata, vtilitate tamen magna fertilis quæſtio occurrit, an Iudicium per modum inquiſitionis agitatum, ordinarij an extraordinarij ſit Iudicij?

XXXIV.

Fundamenta non ſunt concludentia *Innocentij anteſignani* eiuſq; autoritatem admirantium, qui id ad ordinarium Iudicium referunt.

XXXV.

Placet & defendetur ratione optimâ, quâ hoc extraordinarij in Iudicij ſede, claſſem inueniet.

XXXVI.

Nec nos mouebit autoritas *Bartoli Panormitani, & Tiberij Deciani*, qui conciliationem opinionis *Innocentij* cum noſtrâ tentant, nullâ aliâ ratione, quàm vt differentiam ſtatuant, inter ius Canonicum & Ciuile.

XXXVII.

Tertia diuiſio ſeſe offert, quâ Iudicium in Eccleſiaſticum vel Spirituale, Temporale aut Seculare diſtinguimus.

XXXVIII.

Iudicium Eccleſiaſticum *Maranta* definit, quod coram Iudice Eccleſiaſtico; Temporale quod coram ſeculari exercetur; vtramq; definitionem, ſi ſiniſtræ cauillationes aberunt, & cuiuslibet definitionis ſubiecta materia de re vel Eccleſiaſtica vel temporali conſideratur, ſuſtineri poſſe, non abnegamus.

XXXIX.

Sed mixtum ne inter Eccleſiaſticum & Temporale conſtituetur Iudicium, quia tale membrum ad criminale & Ciuile ſit conceſſum? Equidem varijs argumentis certò concludentibus, hîc Iudicium mixtum non concedi poſſe diſputabimus, & reſpondebimus, vt arbitramur, ſi non verè, attamen probabiliter.

XL.

Ex eo rectè nos inferre ſtatuimus, Ius patronatus mixti cauſam non obtinere.

XLI.

Nec idipſum merè ſpirituale eſſe,

XLII.

Quid cognitione; Ad Temporale ne, an ad Eccleſiaſticum Iudicium ſit referendum quæritur?

Ex Prælectione c. 1. De Quoduultdeo ext. de Iud.

XLIII.

C. 1. ext. de Iud. de pacto nudo intelligendum eſſe *Decius & Iacob. Mandellus*, cũ reliquis Dd. communiter interpretantur & intelligunt.

XLIV.

Hanc opinionem contra Dd. communem ſcholam erroneam eſſe, ex ipſius textis verbis conuincemus.

XLV.

Vnde nobis denegatum non eſſe opinabimur, ſi ſymphoniam inter *d. c. 1. & l ſi quis in conſcribendo C. de pact.* non futilibus argumentis ſtatuemus.

XLVI,

Maximè tamẽ cõducentib. rationib. ἀντινομίαν *d. c. 1. & l. ſi conuenerit ff. de Iuriſd. omnium Iud* à multis indiſſolubilem æſtimatam, cum *And. Fachineo* reſoluemus.

Ex prælectione c. decernimus ext. eod.

XLVII.

Axioma quod in h. c. traditur; quod Laici Eccleſiaſtica negotia tractare prohibeantur, dextro iudicio intellectum, verum eſſe putamus.

XLVIII.

At Iuramentum vt vocant exultionis, in relaxatione ad effectum agendi, Iudicio Eccleſiaſtico neceſſariò finiri debere verum non eſſe, autoritate Imperij, & Conſtitutione Electorali freti demonſtrare conabimur.

XLIX.

Elogij loco concludimus, petitionem relaxationis modò memorati iuramenti, ad ipſum Iurantem, non ad heredes Iurantis, ſi poſt mortem eius, actionem initiari velint ſpectare.

DEO GLORIA.

Ad diem XXVI. Martij, in auditorio ICtorum hor. 7. matutina.

Lipſiæ, ex officina typographica Abrahami Lambergi, Anno 1602.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0004-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0008-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0010-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0011-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0012-1

155054

3

AB 155054

ULB Halle 3
004 829 352

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0013-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0014-2

Deo dante

POSITIONES,

... præſidio FRANCISCI ROMANI I. V. D. & Profeſſoris, ex eiuſdem prælectionibus in Rubr. & aliquot Can. ext. de Iudicijs, iunct. Rubr. C. & ff. eod. tit.

Publicæ diſputationi & placidæ collationi ſubijciet

M. DAVID OTHO SCHVRERIVS, Dreſdenſis.

I.

...iæ, quæ priuatim componi neque-
...itate Magiſtratus, per legitimos Iu-
...ramites, finem ſuum plerunque ſor-
...orum tractatio, quia latiſsimè patet,

...

...ulti in diuerſas ſententias diſtracti,
...nt; verum ſi pro nobis non omnino
...*forus*, ſuberunt tamen aliæ rationes,
...finitione poſitam eſſe, monſtrabunt.

X I.

...n actibus, varijs etiam negotijs, diui-
...c inde variæ natæ, quas omnes exa-
..., ſed laborioſi eſſet oneris, nos ſequē-
...ate non in celebres, ita vtilitatū vber-
... exiſtunt, publicæ cenſuræ ſubijcie-

XII.

...o hæc eſto, quâ Iudicium, aliud cri-
...aliud mixtum, dextrè conſtituitur.

XIII.

...iſio *Gyphanio* & alijs quibuſdam, vt
...ndequaque non appareant textuum in
... eam ob id reijciendam, minus nota
...tuenda eſſe, hoc noſtro in propoſi-
...adfirmabit?

XIV.

...ea non contemnenda, immò magna
...nembrū ab altero, definitione rectè
... hac in parte, ſi quid minus conſtare
...nti finitionis modo & medio, illumi-

X V.

...men Criminali Iudicio explodimus, & his noſtræ concertationis cancellis excludimus, *gl. in L. lex Cornelia ff. de Iniurijs L. ſi qua per Calumniā C. de Epiſc. & Cler.*

XVI.

Ambabus manibus accipiunt Dd. & amplectuntur gloſſema, quod Ang. Aret. aureū nominat, in *l. 3. ff. de ſepulc. violat.* in quo putāt, & ciuile & criminale Iudicium definiri; quod tamen niſi textibus alijs ſuppleatur, ſuſtineri nō poſ...ſe, dilucidius quàm forſan illis placuerit aperiemus.

XVII.

Vindictâ autem publicâ, criminale à Ciuili Iudicio re...ctè diſtinguitur; vtique quod hoc vtilitatem priuatorum, il...lud vigorem poſtulet publicæ diſciplinæ.

XVIII.

Vindictam quoque publicam intelligimus, non dunta...xat, quando pœna Corpus reſpicit, verum etiam, ſi bona delinquentis afficiuntur. Effectus enim hîc non tam atten...dendus eſt, quid illo in Iudicio in condemnationem veni...at, quàm origo & modus agendi.

XIX.

Et quamvis quidam contra diſtinctionem modò di...ctam, claſsicum canere non erubeſcant, dùm ἀντινομίαν *in l. Gaius 22 ff ad S. C. Syll.* ſatis difficilem, immo penè in extri...cabilem nobis opponūt; cum in illo reſponſo pecuniaria, hoc eſt, ciuilis cauſa dicatur, quæ nihilo ſecus fiſco appli...cetur: tamen vt aduerſantium morſus excipere nobis ſit cōceſſum, à ſemel data in priori theſi reſolutione titubare, ...t planè probroſum eſſet, ita temperamentū *d. l. Gaius*, in in...ductione optimam & propriam ſuam ſtationem reperiet.

XX.

Mixtum Iudicium quod ab vtroque participat, non tu...tò forſan dicemus? Immo equidem, licet cenſores multi, ...efendemus.

XXI.

Et ſi rationes deeſſe, quemadmodum vix hariolamur, ...debuntur; conuincent contradicētem exempla ſequen...a.

XXII.

Et primò quidem adducimus dotis cauſam, quam va...s rationibus concludentibus, non ſimplicem ſed mixtam ...uſam obtinere, declarabimus.

XXIII,

Patrijs moribus, quid in dote conſequendâ Iuris ſit, ex ...xtu *art. 5. lib. 1.* Landrecht/ hic aperiemus.

XXIV.

Alterum exemplum mixti Iudicij in Vaſallo adduci...us, qui Feloniâ commiſsâ, feudo priuatur & perfidiæ no...m non effugit.

XXV.

Tertium exemplum furtum notat, quod Iure Ciuili ...rias habet pœnas: auguſtior omnib. Conſt Federici ap...ret, à qua *Carolinæ* & harum terrarum Electorianæ Con...tutiones, vt & Ius Saxon. ob frequentiam & fœditatem ...licti, non abhorrent, immò pœnis vt merentur fures de...tis, circumſtantijs probè diſcuſsis, perſequuntur.

XXVI.

Quartum exemplum in ſtatuto in Italia Sicariorum ...ltitudine non ignobili, & propterea plurimorum Dd. ...mmendatione & doctrinis ſatis referto acquieſcit, dùm bannitum accuſans, dimidium pœnæ banni lucrari in eo cōſtitui ſoleat, ex quo, cùm alterum fiſco defertur, non immeritò, vnum vt Criminale, & vnum vt Ciuile, æſtimabitur.

XXVII.

Pulchrum denique ſi exemplis certare licet ænigma ex conſtitt. Imperij ſeſe hîc offert, ſi ex illa, contra pacis publicæ violatores agitur, an mixti Iudicij naturā ſapiat? Quod vtique credimus.

XXVIII.

Secundâ diuiſione ordinarium vel extraordinarium Iudicium ſtatuimus.

XXIX.

Ordinarium Iudicium, iure antiquo obliterato & ab hiſce diſquiſitionis metis ſeparato, definimus, quod ſolenni proceſſus viâ, iuris autoritate ita cōſtituta, expeditur.

XXX.

Ab hac ſolennitate exulat Iudicium extraordinarium, vtpote quod ſine tali figura ſineque ſtrepitu de ſimplici & plano procedat; nullo tamen obſtaculo exiſtente, quin eandem vim mereatur finitio in hoc, quæ in ordinario contingere ſolet.

XXXI.

Vtriuſque autem remedia latiſsimè patent; nam non ſolum actiones, quarum cauſa ſunt contractus, obligationes, ſucceſsiones tàm ex teſtamēto quàm ab inteſtato, ſeruitutes, vſucapiones, præſcriptiones & huiuſmodi quam plurima alia, verum etiam accuſationes quæ delicta & alia intuentur, comprǽhendunt & amplectuntur.

XXXII.

Vnius exempli recordatio reliquorum indagationem feliciorem monſtrabit, videlicet mutuum, & quæ ex eo oritur Condictio, eam vtique ordinario Iudicio tractari poſſe, vt nemo inficias ibit, nî principia legum negare audeat: ita in debito preſertim liquido quod hæc exerceri vtiliter in extraordinario queat, vel Conſtitutio harum terrarum, omnibus notiſsima aperiet.

XXXIII.

Bella certè ex hiſce & lepida, ſed aliquorum rationib. imbecillib. fundata, vtilitate tamen magna fertilis quæſtio occurrit, an Iudicium per modum inquiſitionis agitatum, ordinarij an extraordinarij ſit Iudicij?

XXXIV.

Fundamenta non ſunt concludentia *Innocentij anteſignani* eiuſque autoritatem admirantium, qui id ad ordinarium Iudicium referunt.

XXXV.

Placet & defendetur ratione optimâ, quâ hoc extraordinarij in Iudicij ſede, claſſem inueniet.

XXXVI.

Nec nos mouebit autoritas *Bartoli Panormitani, & Tiberij Deciani*, qui conciliationem opinionis *Innocentij* cum noſtrâ tentant, nullâ aliâ ratione, quàm vt differentiam ſtatuant, inter ius Canonicum & Ciuile.

XXXVII.

Tertia diuiſio ſeſe offert, quâ Iudicium in Eccleſiaſticum vel Spirituale, Temporale aut Seculare diſtinguimus.

XXXVIII.

Iudicium Eccleſiaſticum *Maranta* definit, quod coram Iudice Eccleſiaſtico; Temporale quod coram ſeculari exercetur; vtramque definitionem, ſi ſiniſtræ cauillationes aberunt, & cuiuslibet definitionis ſubiecta materia de re vel Eccleſiaſtica vel temporali conſideratur, ſuſtineri poſſe, non abnegamus.

XXXIX.

Sed mixtum ne inter Eccleſiaſticum & Temporale conſtituetur Iudicium, quia tale membrum ad criminale & Ciuile ſit conceſſum? Equidem varijs argumentis certò concludentibus, hîc Iudicium mixtum non concedi poſſe diſputabimus, & reſpondebimus, vt arbitramur, ſi non verè, attamen probabiliter.

XL.

Ex eo rectè nos inferre ſtatuimus, Ius patronatus mixti cauſam non obtinere.

XLI.

Nec idipſum merè ſpirituale eſſe,

XLII.

Quid cognitione; Ad Temporale ne, an ad Eccleſiaſticum Iudicium ſit referendum quæritur?

Ex Prælectione c. 1. De Quoduultdeo ext. de Iud.

XLIII.

C. 1. ext. de Iud. de pacto nudo intelligendum eſſe *Decius & Iacob. Mandellus*, cū reliquis Dd. communiter interpretantur & intelligunt.

XLIV.

Hanc opinionem contra Dd. communem ſcholam erroneam eſſe, ex ipſius textis verbis conuincemus.

XLV.

Vnde nobis denegatum non eſſe opinabimur, ſi ſymphoniam inter *d. c. 1. & l ſi quis in conſcribendo C. de pact.* non futilibus argumentis ſtatuemus.

XLVI,

Maximè tamē cōducentib. rationib. ἀντινομίαν *d. c. 1. & l. ſi conuenerit ff. de Iurisd. omnium Iud* à multis indiſſolubilem æſtimatam, cum *And. Fachineo* reſoluemus.

Ex prælectione c. decernimus ext. eod.

XLVII.

Axioma quod in h. c. traditur; quod Laici Eccleſiaſtica negotia tractare prohibeantur, dextro iudicio intellectum, verum eſſe putamus.

XLVIII.

At Iuramentum vt vocant exultionis, in relaxatione ad effectum agendi, Iudicio Eccleſiaſtico neceſſariò finiri debere verum non eſſe, autoritate Imperij, & Conſtitutione Electorali freti demonſtrare conabimur.

XLIX.

Elogij loco concludimus, petitionem relaxationis modò memorati iuramenti, ad ipſum Iurantem, non ad heredes Iurantis, ſi poſt mortem eius, actionem initiari velint ſpectare.

DEO GLORIA.

Ad diem XXVI. Martij, in auditorio ICtorum hor. 7. matutina.

Lipſiæ, ex officina typographica Abrahami Lambergi, Anno 1602.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-604403-p0015-8